

<p>JESU, quem velatum nunc aspicio, Oro, fiat illud quod tam aitio ;</p>	<p>Ut, te revelata cernens facie, Visu sim beatus tue glo- ris. Amen.</p>
--	---

PROSE

<p>LAUDA, Sion, Salvato- rem, Lauda ducem et pastorem In hymnis et canticis. Quantum potes, tantum aude ; Quis major omni laude, Nec laudare sufficis. Laudis thema specialis, Panis vivus et vitalis Hodie proponitur. Quem in sacræ mensæ cœnæ Turbæ fratrum duodens Datum non ambigitur. Sit laus plena, sit sonora, Sit jucunda, sit decora Mentis jubilatio. Dies enim solemniss agitur In qua mensæ prima reco- litur Hujus institutio. In hac mensa novi Regis, Novum Pascha novæ legis Phase vetus terminat. Vetustatem novitas, Umbram fugat veritas, Noctem lux eliminat. Quod in cœna Christus gessit, Faciendum hoc expressit In sui memoriam.</p>	<p>Docti sacris institutis, Panem, vinum, in salutis Consecramus hostiam. Dogma datur christianis, Quod in carnem transit panis, Et vinum in sanguinem. Quod non capis, quod non vides, Animosa firmat fides, Præter rerum ordinem. Sub diversis speciebus, Signis tantum, et non rebus, Latent res eximias. Caro cibus, sanguis po- tus ; Manet tamen Christus totus Sub utraque specie. A sumente non concisus, Non contractus, non di- visus, Integer accipitur. Sumit unus, sumunt mille : Quantum isti, tantum ille, Nec sumptus consumitur. Sumunt boni, sumunt mali, Sorte tamen inæquali Vitæ vel interitus. Mors est malis, vita bonis :</p>
---	---